

Alte Drucke

**MATHURINI CORDERII || COLLOQVI=||ORVM
SCHOLASTI=||CORVM LIBRI IIII. CVM AR=||gumentis, &
restitutione eorum, quæ in pon-||tificia editione vel ...**

Cordier, Mathurin

Magdeburgi, 1583

VD16 ZV 31079

GEORGIVS FABRICIVS Chemnicensis, D. CHRISTOPHORO Leuschnero medico
doctiſ. S. D.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149888

GEORGIVS FABRICIVS⁹

Chemnicensis, D. CHRISTOPHO-

RO Leuschnero medico

doctiss. S. D.



Voties ad me, vir doctiss. pro nostra familiaritate et necessitudine adis: toties de studijs puerilibus, quibus occupari me vides, sermo inter nos oritur. non raro autem & molestias mihi lenis orationis suauitate, & ægritudinem adimis verbis & consolatione: semper verò ad labores susceptos tuis me hortatibus remittis alacriorem. In nostris autem sermonibus, facile demonstras curam & sollicitudinem paternam de vita & educatione filiorum tuorum. Hæc enim à paucis hodie iudicio considerato, & studio constante suscipitur: & est in ista seculi temeritate ac licentia difficilis: & videtur cum ipsa mundi ruina, nunc magis quàm vnquam antea, vt & aliæ res laudandæ, inclinari. Soller autem nostrarum esse colloctionum hic fere scopus: & quid moratos efficiat liberos, & quid eosdem retineat frugi ac bonos. Morati vt sint, parentum præstat studium & vi-

A s

gilan-

gilantia, boni vt maneant vi parentum &
 liberorum coniuncta simul pietas, atque in-
 dustria. Studium parentum sit potissimum,
 vt animis adhuc teneris Dei cognitionem
 instillent: vtq; laboribus honestis, aut certe
 ocio non turpi delectari, liberos assuefaci-
 ant: deniq; vt in omnibus rebus pulchris eos
 morigeros habeant, & obedientes. Nam
 qui eos adhuc pueros stultitia & fatuitate
 corrumpunt, quiq; ad contumaciam armant
 obsequio & indulgentia adolescentes: quid
 promittunt, quod de adultis sperendum, aut
 corroboratis expectandum sit? Mores verò
 pueriles maxime reguntur disciplina, & for-
 mantur literis, & confirmantur exemplis, &
 perficiuntur pietate. quibus enim ingrata a-
 nimaduersio, & iniucunda cultura, & virtus
 ipsa est odio, & religio contemptui: ij ma-
 nent perpetuò & dissolutione effrenes, &
 imperitia agrestes, & licentia indomiti, &
 improbitate scelerati. Tali igitur monstro
 quid fingi potest magis pestiferum, quod
 for: pestilens, in cultum, barbarum, flagi-
 tiosum, in quamcunq; vitæ partem, aut ho-
 minum ordinem immittatur, ceu furia quæ-
 dam

11
dam incitat, conturbat, dissipat, evertit o-
mnia. Laborant patresfamilias impigri, vt
suis aut latifundia, aut copias locupletes, aut
pecuniam depositam, aut magnificas villas,
aut amplam suppellectilem relinquant: quan-
to magis boni parentes attentis sint, vt inte-
gritatis, eruditionis, sapientiæ accessione &
muneribus liberi eorum augeantur & flore-
ant? cum virtutis & scientiæ hæreditas ne-
mini onerosa, nullis casibus subiecta, socie-
tati hominum vbique fructuosa existat: quod
in rebus illis, quibus student opulenti & di-
uites, non fit, aut certè ad exigui temporis
fit momentum. Iam qui liberos verecun-
dis & optatis moribus sua aliqua diligentia
habent, illis nauanda porrò opera est, tales
vt semper retineant: quod qui efficere cupi-
unt, primùm viros spectatos & magistros
prudentes eligunt, deinde precibus eos ar-
dentibus Deo quotidie commendant. Iudi-
cium de magistro è moribus faciendum est,
qui si veræ pietatis sit obseruans, si probè in
literis exercitatus, si in munere suo fidelis
& assiduus: fieri non potest, quin vt pe-
ritus & laboriosus agricola etiam asperum
solum

solum subigit, & steriles montes domat: ita & ipse virtutis & studiorum præclara semina iaciat, mores cultu diuturno prauos extirpet, meliores inferat, decentes producat. Parentum preces quid possint, historiæ matrum aliquod sanctissimarum: inprimis Hannæ Ebreæ, & Monicæ Africanæ testantur: & si grati esse domi volumus, nostrorum parentum exempla comprobant.

Quamuis autem singularibus illis viris, Samueli & Augustino, magnanimitate, doctrina, auctoritate non sis æqualis: modò Christianus sis, & filij Dei meritum ad te pertinere didiceris, eximium & pietatis paternæ, & tuæ industriæ fructum es consecutus. Accedat igitur ad rectam parentum voluntatem & curam anxiam, filij quoq; minime obstinatus aut pertinax animus: & qui capere virtutis præmia vult ea non tantummodo extrinsecus quærat, & aliorum ornamentis se vestiat: verumetiam de suo labore & sudoribus arduum aliquid & præstans adferat atq; adiungat. Itaq; puerum qui ad spem Ecclesiæ aut Reipub. in literis & artibus educatur, initio considerare decet, quantum

tum ipsius humeris onus imponatur: aut si per annos nondum id videt, bene monentium voces & consilia admittat: tum si aetate plus sapere incipit, dare eum operam oportet, vt aptus aliquando sit ad ea munera tractanda & exequenda, ad quæ Deus vnumquemq; vocare, & tanquam in præsidio collocare suo tempore solet. Qui in agro sulcum transuersum ducit, errat quidem ille, & (vt loquuntur veteres) delirat magnopere: sed error iste correctu est facilimus. Similiter qui malè consuit togam aut calceum, suo peccat opifici, & peccat detrimento non magno. Atqui peruersè & impiè sentit, in Ecclesia, in curia, in foro, in ludo literario, Deum immortalem, quot ille hominum delinquit incommodo atq; periculo. Itaque ament pueri disciplinam, audiant admonitiones, obiurgationes ferant, discant studiosè artes & linguas, exerceant se in animi corporisq; patientia ac labore: sentire idem assuefcant, modò verè sentiant, finem studiorum constituent bonum & laudabilem. Deum verò ante omnia nouerint & inuocent: proficisci ab ea bona vniuersa sciant: ea sibi promissa

missa expectent: dari petentibus ne dubitent:
pro acceptis demum gratias agant. Hæc ve-
rissima statuimus esse fundamenta & admi-
nicula, quibus & morati fiant liberi, & qui-
bus retineantur ut sint frugi. Nostrum hoc
amborum iudicium in huius libelli editione
extare volui, ut nostri aliquando filij se recte
facere sciant, & ex parentum sententia, si
hæc præcepta cum memoria repetant, & stu-
dia pietatis, ac literarum magnifaciant. Va-
le: Misene Hermundurorum, è ludo illu-
stri, IIII. Idus Martij, anno redem-
pti mundi: M. D. LVII.

IN OPVSCVLI HVIVS

COMMENDATIONEM

EPIGRAMMA.

NATHANIS CHYTRAEI.

Quid puerum bene moratum, sermone Latinum,
Et vero faciat corde animoque pium:
Prudentem quid deceat deceatque magistrum,
Melliflua liber hic cum gravitate monet.
Qui si acri studio sepe evolvetur, utrisque
Non labor hic expers utilitatis erit.

MATV.